Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25874
Copyright: Admont, Benediktinerstift



iii.

sequenti littera: quanta deus in ea opere
tur suę misedię magnalia. SEQVIT.
I In deserto betharabā. meddin. & scachā.
anepsān. & ciuitates salis. & engaddi.
ciuitates sex. & uillę earum. fiunt si-
mul centum quindecim.
B Betharabā. domus humilis. uel uespe.
uel domus multa. siue grandis dici
tur: p quam synagoga conuersa expri
mitur: quę in uera humilitate. conuer
sa in mundi uespere. multa erit in reli
quiarum saluatione: grandis in uera
pfectione. In deserto g betharaba. cui
dictum est uoce dominica. Relinquet
uobis domus urā deserta: quandoq; in
cipiet dici: benedictus qui uenit in no
mine dñi. Tunc pfecto in deserto betha
rabā. meddin inuenietur: quod iudici
um dicitur: illud de quo apls loquit.
Spālis omnia diiudicat: et ipse a nemi
ne diiudicatur: Tunc in eo scachā in
uenietur: quod ramus. uel humilitas
dicitur: quia pfecta scē scripturę medi
tatio quę p ramum exprimitur: & pfun
da cordis humilitas conspicietur: Tunc
in deserto anepsā inuenietur: qd ex sic
cata interptatur: quia pfectę continen
tię ppositū. conuersa synagoga exseq
tur. Ciuitates salis in deserto inuenient:
quia pfecti pdicatores. de conuersa syna
goga egredientur: Erunt enī nouissi
mi primi: & primi nouissimi. Vnde
psalmista loquitur: Conuertentur ad
uespam: quia reliquię ppli iudaici. in
fine mundi recipient fidem xpianam.
Famē patientur ut canes: quia esurię &
siti iusticię afficientur: ut cęlestis uer
bi precones. Circuibunt ciuitatem: quia
ptransibunt in gentiū multitudinem.
Ecce loquentur in ore suo: qui modo plen
diabolo. blasphemiā locuntur in ore ali
eno. Gladius spiritus. quod est uerbum
dei. erit in ore eorū: quo corda configent
gentium uniuersarum. Quō quis audi
uit subauditur talia: qualia conuersa
loquitur iudea. Tunc enī serui absalon
segetem igni succendent: quia conuersę
ad dñm reliquię. nouę scientię lumen
in sancta scriptura accendent. Vnde con
sequenter psalmista subdit. Et tu dñe deri
debis eos: quia tu pater luminum. a quo
est omne datum optimū. de cęlis p grām
scī spiritus tui arridebis eis. Ad nichilū dedu
ces omnes gentes: quia p eorū pdicationē.
ad tui nominis cognitionem. pduces om
nes nationes. Vnde recte hic post ciuita
tes salis. engaddi subditur: quod oculus
uel fons hedi dicitur: p quā baptismus
exprimitur: quo gentium ppls. synago
gę pdicatione conuersus. timore iam
iamq; imminentis iudicii abluitur: Qd
autē salis nomine pdicatores designent:
ipse saluator testatur: qui in euglio dis
cipulis suis loquitur: Vos estis sal terrę.
Ciuitates sex & uillę earū deserto asseri
buntur: quia pdicatores conuersę syna
gogę. omni pfectione sublimabuntur:
quę p senariū numerū exprimitur: cum
coherentibus sibi uillis. inferioris scientię
& pfectionis reliquiis. Ciuitates g filiorū
iuda simul centū quindecim fiunt: quia
ueri israhelitę. meritum quidē pfectę fidi
& dilectionis in psenti optinent: sed in
pfectionē uerę scientię dolent: qmdiu